Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Scio enim promptu animum
vestrum pro quo de vobis
gloror apud macedones
quoniam et achaia parata est ab
anno preterito et vestra emula
tio provocavit plurimos. Misi
autem fratres: ut ne quod gloriamur
de vobis evanescat in hac
parte: ut quemadmodum dixi
parati sitis ne forte venerint ma
cedones mecum et invenerint
vos imparatos erubescamus
nos: ut non dicamus vos in hac
substantia necessarium ergo es
timavi rogare fratres ut prevenant ad vos: et preparent ante
missam benedictionem. hanc paratam esse. sic qui benedictionem non
qui avaritiam. Hoc autem dico Qui
parce seminat parce et metet:
et qui seminat in benedictionibus de
benedictionibus et metet. Unus
quisque prout destinavit in corde
suo non ex tristitia aut ex ne
cessitate. Hilarem enim datorem
diligit deus. Potens est autem
deus omnem gratiam habundare
facere in vobis ut in omnibus
semper omnem sufficientiam habe
tes habundetis in omne opus
bonum: sicut scriptum est Dispersit dedit pauperibus: Justitia
eius manet in seculum seculi
Qui autem administrat semen se
minanti et panem ad manducandum
prestabit et multiplicabit se
men vestrum et augebit incrementa
frugum iustitie vestre ut in
omnibus locupletati habundetis
in omnem simplicitatem: que operatur
per nos gratiarum actionem deo Quoniam
ministerium huius officii non solum sup
plet ea que desunt sanctis sed
etiam habundat per multas gra
tiarum actiones in deo per
benedictionem ministerii huius glorifi
cantes deum in obedientia confessionis
vestre in evangelio christi et
simplicitate communicationis vestre in
illos et in omnes: et in ipsorum obse
cratione pro vobis: desiderantium
vos propter eminentem gratiam dei in
vobis Gratias ago deo super inenar
rabili dono eius:

Ipse autem ego paulus obsecro
vos per mansuetudinem et mo
destiam christi qui in facie
quidem humilis sum inter vos.
absens autem confido in vobis Ro
go autem vos ne presens audeam
per eam confidentiam qua existimor
audere in quosdam: qui arbitrantur
nos tanquam secundum carnem ambu
lemus Cum carne enim ambulan
tes: non secundum carnem militamus. Nam arma militiae nos
tre non carnalia sed potentia de
ad destructionem munitionum consilia
destruentes. et omnem altitudinem
extollentem se adversus scientiam
dei et in captivitatem redigentes
omnem intellectum in obsequium xpi
et in promptu habentes ultionem
omnem inobedientiam: cum impleta
fuerit vestra obedientia Eue
secundum faciem spectate Si quis
confidit sibi xpi se esse: hoc co
gitet iterum apud se: quia sicut ipse
christi est. ita et nos. Nam et si
amplius aliquid gloriatus fue
ro de potestate nostra quam dedit nobis
dominus in edificationem et non in destru
ctionem vestram non erubescam
ut autem non existimer tanquam
terrere vos per epistolas. quoniam
quidem epistolae inquiunt graves sunt
et fortes: presentia autem corporis
infirma et sermo contemptibilis
hoc cogitet qui eiusmodi est. qua
lis sumus verbo per epistolas
absentes: tales et presentes in